

G quia non multum Mathematica comparat quantitatem ad substantiam corpoream: tamen subiectum primum uirtute continens omnia est substantia corporea. hæc illa. Sed mirabile est de istis uiris qui erant in talibus scientiis exercitati, & tamen non est aliquam distinctionem inuenire in Geometria, nec in Arithmetica in qua appareat tale subiectum quod est substantia corporea. Nec ualeat dicatur (ut quod doq; Alber. dicere consuevit, & sequaces istorum) quod apparet confuse. Contra hoc stare non potest, quia artifex specialis debet distinctam cognitionem habere de suo subiecto sub ratione speciali qua est subiectum. Nam ut dicit Arist. in primo Posteriori, unaquæq; scientia est unius generis subiecti partes, & passiones ipsius demonstrans atq; considerans, & circa duo uersatur qualibet, scientia, uidelicet in cognoscendo quiditatem ipsius subiecti i per distinctionem & in cognoscendis propriis passionibus eius per demonstrationem. non igitur Mathematica scientia esset perfecta scientia in suo genere, si suum subiectum in propria ratione non cognoscit. Præterea. Quomodo possunt isti saluare auctoritate Philosophi in duodecimo Meta. tex. cō. 44. ubi habet, qd Mathematicam nulla de substantia theoria facit excepta abströlogia: Si dicant quia ipsa distincte per tractat de substantia. Contra. quia distincta cognitio de substantia inquantum substantia non pertinet ad astronomiam, sed ad diuinum. Forte dices, astronomia facit sola theoria de substantia sensibili, quia meminit de corpore cœlesti: sed Mathematicæ faciunt mentionem de substantia intelligibili. sed si sic dicatur ostendat ipsi aliquam ex definitionibus libri elementorum Euclidis, uel aliquam definitionem Arithmetice, in qua appareat corpus de prædicamento substantiæ, prout dicit formam generalem. Forte dices quia Geometria utuntur demonstrationibus sensatis in puluere, & descriptis in tabula, & per consequens demonstrationes illas præsupponunt corpus de prædicamento substantiæ. Sed hoc nihil mouet, quia si hoc aliquid concludit, sequeretur qd subiectum earum esset corpus sensibile non in intelligibile, manifestum est. n. per se qd quando Geometria descendunt ad actum deducendo aliquam demonstrationem, sic ut cõter contingit quando per doctrinam, & disciplinam acquiruntur, qd tunc utuntur corpore aliquo sensibili, tamen talia exempla non sunt necessaria pp scientiam in se, nec de illis uerificatur passiones demonstratæ, sed de illis quæ per illas intelliguntur, scriptis. n. non rectam Geometria rectam assumens in puluere, ut dicit Arist. in primo Posteriori. unde aliud est considerare scientias Mathematicas in puritate suæ essentia, & aliud est considerare illas, ut respiciunt possibilitatem, & facilitatē intellectus nostri deuentis illas adipisci, quemadmodum dum per doctrinam acquirunt eas: unde credo qd scientiæ Mathematicæ præter Geometria, & Arithmetica solum rimantur quiditates magnitudinum, & numerorum, & accidentia ipsorum, nullam prorsus considerationem habentes de substantia, nec in genere, nec in specie, nec confuse, nec distincte: sed solum considerant magnitudinem, & numerum tanquã quædam essentias per se de nulla alia priori essentia considerantes. Nam si intellectus antiquorum potuit hoc intelligere, quare nos hoc non possumus: unde uidetur mihi qd ista fuerit mēs Arist. in principio quarti primæ Philosophiæ, tex. cō. 1. qui uoluit nã dari scientiam uniuersalem, quæ consideret ens inquantum ens, & accidentia quæ enti in sunt inquantum ens, alia autem scientiæ quæ sunt particulares abscondunt quandam partem entis, circa quam speculantur ipsum accidens. unde ut dicit Commentator ibi in com. Geometria accipit magnitudinem, & de magnitudine considerat, & demonstrat accidentia propria. & sic Arithmetica abscondit numerum, manifestum est autem qd si istæ scientiæ haberent pro subiecto substantiam corpoream, qd hoc non esset abscondere partem entis ab ente, quia istæ considerant de accidente, & de uero ente, quod est substantia. Unde uidetur mihi sine præiudicio melioris, & sanioris sententiæ qd Arithmetica sumit numerum, non curando an sit substantia, aut accidens, nec utrum sit in substantia corpo-

rea, aut incorporea, sed solum essentiam numeri per intellectum rimatur, inquantum numerus est, & secundū imaginationem rimatur omnia propria quæ fiunt, à numero aliter considerato, & ita facit Geometria de magnitudine. Et confirmatur, quia considerare de numero an sit substantia, aut accidens non pertinet ad Arithmeticum inquantum Arithmeticus est, quia substantia, & accidens sunt de differententiis entis inquantum ens. ut dicit Com. 2. Phy. com. 4. & 7. Meta. in prologo suo, & est sententia Arist. 5. & 6. Meta. ubi diuidit ens in substantiam, & accidens. Et ista fuit mens Auer. & antiquorum Peripateticorum sine dubio. ut colligitur ex com. 50. tertii Physicæ præcipue quia ipse non ponit formam corporeitatis substantiæ cõeternam primæ materiæ, ut posuit Auic. Bene uerum est qd istæ scientiæ quando per doctrinam traduntur, tunc (quia ut inquit Philosophus in primo priorum exemplis utimur, nõ ut ita sint, sed ut audiant qui addiscunt) secundum hoc utuntur ipsa substantia corporea sensata describentes figuram in puluere, uel in tabula. ne uideatur tibi mirum hoc, quia multa, non sunt necessaria in scientia, in natura suæ puritatis considerata, quæ tamen expediunt in scientia utilia ad discendum, & cupiendi adipisci scientiæ. sicut. n. inquit Auer. in principio sui colligit. Diuisiones non sunt necessariae in scientia, sed adducuntur pp debilitatem uirtutis discretiue scholarium, & sic de exemplis, & multa alia sunt in scientia quæ nõ sunt de substantia eius, sed de bene esse. Quod fecerit hos sublimis uiros in hoc deuenire, fuerunt tria meo iudicio. Primum, quia posuerunt primam formam in prima materia primitus existentem, esse formam corporis de prædicamento substantiæ. Secundum uero, quia crederent qd õitates consideratæ in scientia Mathematica, considerantur ut sunt, præteritas talis substantiæ. Tertium fuit, quia uiderunt huiusmodi scientias uti plerumq; ipsa substantia corporea dum traduntur per doctrinam. Sed primum non est Arist. dictum, nec Auer. ut alibi demonstratum est per nos. Secundum etiam falsum est, quia Mathematicum non habet considerare quantitatem, ut est passio substantiæ, sed hoc pertinet ad artifices de substantia considerantes, nam ut sunt passiones substantiæ inquantum substantia, pertinet ad diuinum: ut autem sunt passiones substantiæ sensibilibus transmutabilibus, pertinet ad Philosophum naturalem, sub ratione illa generali, ut sunt substantiæ mobilis, in speciali autem ut sunt in substantia sensibili determinata, puta in Cœlo ad utrumq; ad naturalem, & ad astronomiam, alio tamen & alio modo, ut patet in 2. Physicæ, tex. cō. 17. & 18. sed scientiæ Mathematicæ præter, ut Geometria & Arithmetica non considerant de istis, nisi ut sunt essentia quædam particulares de quibus tanq; de subiectis multis multa demonstrant. Amplius ad principale, propositum nostrum, qd postior per intellectum possit circumscribi à priori quod non est de quiditate eorum, ostenditur per Arist. in prædicamentis, qui docens modum assignandi correlatiua, propria inuicem dat artē circumscribendo oēs rationes ad uentias referendo, proprias rōnes relationum, si eis remanentibus circumscripsit oibus aliis rationibus qd accidunt illis inquantum relatiua sunt, si talia inuicē referantur, & si illis ablatis aliis positis tollatur relatio, illa sunt uera relatiua, & ita circumscribit à domino, & seruo ratione hois, & per consequens rationem quamlibet qd accedit dño, ut dñs relatiue dicitur ad seruum. manifestum est autem qd etiam substantia accidit dño inquantū refertur ad eum. Ecce igitur qd in casu intellectus potest circumscribere accidens à substantia, sicut uidet, quia potest diuidere qd sunt coniuncta in esse. Præterea, hoc etiam habet concedere Scotus in doctrina sua. Nam certum est qd prima entitas in diuinis est essentia diuina, & est simpliciter prima, & tamen ipse circumscribit per intellectum entitatem relationis, qd est posterior à ratione essentia in. q. 5. quolibet arti. primo, in fine. ubi. quærit quō fit intelligendus trinus quæritiois, dum õratur an relatio originis in diuinis sit formaliter infinita. Inquit. n. qd hoc non est quærere si relatio est eadem realiter alicuius finito, de quo non est dubiũ cõmuniter loquendo, quia realiter est eadem essentia. Nec etiam est õrere, si relatio sit p

Construatio,

Euasio,

Impugnatio
Tex. 43.

H

Tex. 24.

I

Cap. 24.

L
Monitiõ
nominum.

Impugnatio

M

Sec. de 5. q.
quolibet arti.
1. 1.